



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

VIII. Quod a sanctis veraciter dicatur: Dimitte nobis debita nostra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

INNOCENTIVS MILEVITAN. II. HONORIVS THEODOSIVS } IMP. 367  
P. I.

ANNO CHRISTI 416. nes. Nam quare additum est, omnes, nisi ut ista sententia conueniret & psalmo, vbi legitur: *Non in tres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens?* Et in oratione sapientissimi Salomonis: *Non est homo qui non peccet.* Et in libro Iob: *In manu omnis hominis signat, ut sciat omnis homo infirmitatem suam.* Vnde etiam Daniel sanctus & iustus, cum in oratione pluraliter diceret: *Peccavimus, iniquitatem fecimus, & cetera,* quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiunt, hæc non de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: *Cum ibidem orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo nostro: noluit dicere, peccata nostra sed & populi sui dixit: & sua: quia futuros istos, qui tam male intelligerent, tamquam prophe- ta præuidit.*

### VIII.

Item placuit, vt quicumque verba ipsa dominicæ orationis, vbi dicimus: *Dimitte nobis debita nostra*, ita volunt a sanctis dici, vt humiliter, non veraciter, hoc dicatur, anathema sit. *Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, sed debita non habere?*

Cod. Can.  
cap. 116.  
Conc. Afr.  
cap. 83.  
Math. 6.

Hucusque de fide contra Pelagianos, nunc regulæ tractentur ecclesiasticæ.

### IX.

Placuit, vt non sit ultra fatigandis fratribus anniversaria necessitas, sed quoties exegerit causa communis, id est, totius Africæ, vndecumque ad

Cod. Can.  
cap. 95.  
Conc. Afr.  
cap. 62.